

Lettera autografa personale di papa Paolo VI di nomina a Nunzio apostolico in Haiti, 14 giugno 1969.

Serenissimae Principi  
Elisabethae II

Dei Consilio, Australiae atque aliorum suorum  
cognorum Terrarumque Reginae eidemque Nationum  
Communitatis a "Commonwealth" Principi

Joannes Paulus PP. I

Augusta Regina,  
salutem et prosperitatem

Nuper Venerabilem Fratrem Aloisium Barbarito, Archiepiscopum titulo Florentinensem, Pro-Nuntium Apostolicum in Australia constituimus, qui proinde honori tibi ipse ducet Litteras has Nostras, demandati sibi muneris testes, Regiae Maestati tuae debita cum observantia exhibere.

Rogamus Te, Augusta Regina, ut ea qua praestas humanitate, Legatum hunc Nostrum ut talem accipias atque ei nomine Nostrum agenti fidem attribuas, quam Nosismet ipsis haberes, si coram Nobiscum colloquereris. Ad opinionem profecto inclinamur eum partes sibi creditas prope expleturum esse, eoque facilius si optimis benevolentiae tuae signis usus fuerit; pro quibus maximas iam nunc gratias Regiae Maestati tuae agimus.

Precaur interea Optimum Deum ut Tibi, Augusta Regina, totique huic populo tuo omnia iubeat felicia procedere.

Datum Romae, apud Sanctum Petrum, sub anulo Piscatoris, die XXXI mensis Augusti, anno MCMLXXVIII, pontificatus Nostrum primo.

Joannes Paulus PP. I.